Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXXII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Venti sunt qui sic vocantur.

et fulgoris ignibus transilientes inter tenebras tempestatis instabilem lucem prestabant. Eurus vero nothus qui Affricus ab antiquis colis relaxati maris yma subvertunt et nunc in tumentes montes nunc in profundis yatibus maris undas elevant et discedunt vehementes spiritus procellarum. Sic ergo grecorum naves maris nimia tempestate quassate nunc huc nunc illuc incerto remige transferuntur. Scinduntur vela mali dilacerata per partes. Magno franguntur arbores in stridore et antenne a suis malis violento divorcio separate varias collidunt in partes. Temonum vero suorum ab ipsis navibus avulsorum excusso remige naves ipse diu vage pelluntur varios inter fluctus. Supervenientis noctis tenebris duplicatis invicem se sequuntur et a fluminibus a summo celo in terra pha flamma nitentibus in medio fluctuum excurrunt et excusse spumosas deprimunt inter undas dum eas celestis ignis exurit et maris aqua submergit. Pereunt ergo greci naviganies in ipsis qui innumerabiles divicias troianorum que vehebant in eis longe perpetuo absorbet. Oyleus vero Ayax qui cum triginta duabus navibus suis in predictam incidit tempestatem omnibus navibus suis exustis et submersis in mari in suis viribus brachiorum nando se

Ayax Oyleus propter violenciam quam fecit Cassandre extrahendo eam de templo Minerve tribulacionem infinitam recepit.

minimus pervenit ad terram et inflatus plurimo potus aque vix se nudum recepit in litore ubi usque ad supervenientis diei lucem quasi mortuus iacuit in arena. De morte sua sperans potius quam de vita. Sed cum quidam ex suis nando simili maris in gurgite iam erepti nudi pervenissent ad litus dominum eorum querunt in litore si fortiter evasisset. Quem in arena iacentem inveniunt dulcibus virorum fovent affatibus cum nec in vestibus ipsum nec alio possint auxilio refovere. Sic ergo ut dictum est grecis periclitantibus contingit et Ayaci iniuria dee Minerve que iram conceptam atrocissimam in Ayacem in eum et in alios voluit vindicare ex eo quod Cassandram a templo suo violenter extraxit. Quoniam ei dictum sit quod pena suos tenere debet actores. Non est novum ut ob unius culpam dumtaxat multi non culpabiles sepius arceantur. De aliis vero grecis et grecorum ducibus a troia tunc recedentibus et ad propria redire festinantibus qui predictas clades periculum minime subierunt qualiter eis successit aptius in sequenti libro narratur. Liber xxxii de filiis invenoribus de morte palamidis que calumpniose imputabatur. Ulixi et dyomedi de naufragio grecorum. et de morte regis agamenonis.

Dictum est dictum imperatoris quod pena debet suos tenere auctores

EO autem tempore erat quidam Rex in grecia
nomine Naulus qui Regnum in grecia magne
latitudinis et longitudinis possidebat cuius
Regni situs ex latere septentrionalis plage
longo maris pelago cingebatur. Ab ex eodem
latere habet rupes excelsas quarum radices ab
gebant pelagus in profundum et multos ex eodem
latere inter se habet scopulos montuosos. hic
Rex Naulus tempore troiam belli habebat
duos filios quorum maior genitus Palamides vo
cabatur. Alius minor Oeax. hic Palamin
des multa sua strenuitate vigebat. Dum esset
vir fortissimus et animosus in bello et equestri
milicie multa forma preclarus. hic ad grecorum
exercitum in multarum navium copia et suorum militum
multitudine continua in apparatu mario potenter
accessit cum nullus Rex in grecia maris Regnum
haberet nec tantis diviciis opulentum. hunc pa
lamidem greci in imperatorem tocius exercitus
statuerunt Agamenone ab eius cura pri
cipatus amoto. Qui palamides demum in
conflictu belli mortuus expiravit ut de
hiis omnibus satis est suo loco supra relatum. Sed
quidam quibus aliorum placet mentiri et qui tempore
in eorum maliciis gloriantur. Regi Naulo et eius
filio Oeaco de morte palamidis falsis
adinvencionibus et sub ornatus in multa fingere
commentis aliter sunt testati. Dixerunt enim pa

Rex Naulus habuit duos filios. Scilicet Palamedem et Oeacum.

non in bello peremptum sed clandestine et furti
ne per Ulixem et eius socium Dyomedem de consilio
grecorum fuisse negociorum interfectum. Et ut error
comentis resultaret firma credulitate de eius
interfectione commenta sunt ficticiam formam
et modum asserentes Ulixem Dyomedem
Agamenonem et menelaum duas falsas
litteras confixisse quibus continebatur Palami
dem cum troianis proditionem cepisse tracta
nisse pacta sibi a troianis quadam aurum
maria quantitate. Et has litteras fecerunt
ad litus cuiusdam interfecti hominis colligari.
Cum autem fixisset ei arte premissarum pecunie
quantitatem tractavit Ulixes cum quodam
secretario palamidis quod ipsum pecuniam
quam troiani promiserunt proditori certe
se daturos sub capiciio lecti palamidis
latenter abscondere procuraret quam cum
Ulixes assignasset eidem. Idem secreta
rius palamidis sub capiciio lecti ipsius
latenter abscondit. Quod cum idem secretarius
se ad Ulixem postea contulisset relatum sibi
extitit in secreto qualiter perfecit mandatum
Ulixis. Ulixes in eodem loco clandestine
fecit occidi. Quibus litteris postea per grecos
inventis et lectis greci contra palamidem suspic
cionis animum concepisse dixerunt. Et cum greci
ad tentorium palamidis se postea contuli

Nota ordinem mortis palamidis negotiorum interfecti et propter litteras falsas quas dicebatur contra grecos infideliter fecisse.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

+ Nota qualiter Palamides ab Ulixe et Dyomede in fundo putei lapidibus et flatu [illegible] ingeniose induxerunt eundem ad descendendum in puteum.

Nota iniquitate

sent propositum si sic de animo regi ueritatis haberet
proposito eius lecta capitulo inuenerunt aurum ipsum
in ipso quod in eo poni dicebatur quod predicte littere continebant.
Cum cum greci fidem adhibuissent hiis que
continebantur in litteris predicta fuit mortem in Pa
lamidem iniuste uoluerunt tamquam proditionis
actorem. Sed Palamides contra predictam animose resi
stens obtulit se exinde defendere per duel
lum equestre qualiter ipse prius scelens
erat insons et se paratum in continenti fuit
bello ipso pugnare. Et cum nullus grecorum fuisset
qui contra eum pugnandi cum eo gradum uoluisset.
Videntibus predictis eius emulis quod per eandem
uiam ipsum offendere minime potuerunt Uli
xes infinitis sermonibus sedantur propterea et
curarunt in tantum quod de hiis que contra Pala
midem suggesta fuerunt falsa est dubitatione
depulsa ut eius uideretur adiutor. Palamides
fuit per eum adhuc in imperio creatus reformatus.
Addidetur quod predicti commentatores adinuenien
tibus suis quod non post multos dies Ulixes et
Dyomedes secreto sunt Palamidem allocuti
asserentes eidem quod ipsi certificati sunt quod in quo
dam uetero puteo erat quidam maximus the
saurus absconsus qui indubitanter
ab eis poterat obtineri de quo cum eis uo
lebant cum eo participare et sequenti die ad
predictum puteum se offerre et si placeret eis ut

ut cum eis ad ipsum thesaurum diuidendum quem ac
ceptum habebant. Palamides uero eorum fraudium
uelud ignarus et sola fide deceptus ueniente nocte
cum eis ad predictum se contulit puteum. Ubi collatione
facta inter eos quis eorum primo descenderet Palami
des in cunctis se obtulit descensurum qui de calciamentis
pedibus superfluis uestibus reiectis a se in puteum
ipsum animose descendit quem ut presenserunt ad
yma putei peruenisse cum lapidibus obruunt et in
terra fecerunt eundem et ipsum mortuum in puteo dimi
serunt. Ad eorum tentoria sub eadem noctis silen
cio reuertuntur et talis fuit falsi comitis globus
qui de morte Palamidis Nauli Regis autem
patris sui et Oetas fratris sui ad credendum
inuoluit propter quod Naulus et eius filius Oetas
diligentissime sunt scrutati qualiter ad uindic
tam necis filii et fratris eorum possent insurge
re contra grecos qui in exercitu ipso fuerunt. Au
diuerunt enim per certo quod greci ipsi yemali tempore se
posuerunt in mari cum ad eorum propria redeundi
qui necesse habebant transire prope littora regni
sui ordinauerunt igitur eorum hominibus ut qualibet
nocte in cacumine montium existencium iuxta
pelagus ignes accenderent ut decepti greci
per noctis tenebras transeuntes putantes se
esse secus terram in qua se secure recipere
potuissent diuerterent incauti et uelis ex
pansis in montes ipsos et scopulos cum eorum

nautis inuenerunt ubi naues subiret dissolute
naufragium et irrecuperabili deperirent. Quod
et factum est, nam in ipsis rupibus et scopulis
plurimas duxere naues grecorum, cum nauigantibus
in eis naufragio fuerunt submisse. Cetere vero
naues que has precedentes post sequebantur
cum ad locum ipsum sub eisdem noctis tenebris
peruenerunt, audito fragore nauium que
inter scopulos frangebantur et eorum letali cla
more qui moriebantur in mari, locum ipsum peri
culosum intuentes ab eo fugiunt et se immittunt
in pelagus spaciosum, cum quibus Agamenon
Menelaus et Dyomedes et quibusdam alii
de quibus infra dicetur, predictum naufragium
euaserunt. Predictus autem Oetacus, siue Ne
leus cum esset binominis predicti Regis nauli, (binominis erat.)
filius Agamenonis et Dyomedis mortem
affectuose desiderans, vel ipsorum grauia detri
menta suo disquirit in animo qualiter eis obesse
valeat si contingat eos salue ad propria remea
re. propter quod per speciales litteras suas quamuis
sapientem Clitemestre Regine Agamenonis (vxor Agamenonis Regis)
nis vxori pueri cito intimauit quod Aga
menon maritus eius vnam de filiabus Regis
Priami duxerat in vxorem, quam diligens
vehementer suum secum ducit in regnum ut Re
ginam sui eam sibi constituat in Reginam et Cli
temestram veram eius vxorem regno priuet et

instabiliter morti tradat. Unde cum sibi expe
diat ante tempus aduentus monet eam ut sibi
caute prouideat ne suam incidat in ruinam.
Credidit Clitemestra verbis Oetaci et ei
humiles grates reddens tacitum suo consilia
tur in animo qualiter se a sibi dictis insidiis
viri sui salutifice tueretur. Contigit enim quod
Agamenon a periculis maris saluus euasit
sit et perueniens in Regnum suum. Clitemne
stra eius vxor quamquam sibi pararet fraudulentas
insidias, cum ficticie leto vultu recepit. Hec
autem Clitemestra in predicti sui mariti absentia
matrimonii fedus impediens matrimonii
sui preceptum in legem, nam eius timore post
posito matrimonialem thorum cum quodam
Egisto nomine violauit, in cuius amore Cli
temestra intantum exarserat quod ex eo qua
dam susceperat filiam que Erigona voca
batur, cui dare predicto promiserat regnum
ipsum. Licet Egistus regie non esset originis
nec ducis nec comitis nobilitate de
corus. Sed hoc est vitium inter feminea
nobilitates quod cum sui corporis delinimenta
labuntur nunquam appetunt cum aliquo commisceri
qui marito suo sit melior nec equalis
semper enim ad viliora declinantur, quod cum tamen
honoris earum prodige facte sunt ipsis similes
non verentur committere vilitates. Si quibuscumque

Applicuit Agamenon sanus in regnum suo et recepit ab vxore.

Egistus cum Clitemestra commisit in detrimentum Agamenonis industria Oeaci filii Palamidis moti per Vlixe negati in puteo.

vilibus eas committunt contubernijs et si cum melior-
ibus viris suis et se ipsis aut mundi ma-
ioribus committerent scelus esse maximum
putaretur. Nobilitas enim et divicie commit-
tentis eas non excusaret a crimine quod adulterij
non federarent infamia et quod innocentem ma-
ritum turpis non afficeret nota malis.

De iniquissima proditione vxoris Clitemestre contra Agamenonem maritum suum. Distancia Oeda(?)

Interim igitur Clitemestra cum Egisto dilecto
suo tractauit quod prima nocte qua veniret
Agamenon dum suo sopitus in dormiret

Interfectio Agamenonis ab Egisto

in lecto, Egistus in eum irruens ipsum iugu-
lo interemit. Quo mortuo et eius tradito
corpore sepulture non post multos dies
Clitemestra Egistum duxit in virum et illum
sui Regni Regem constituit Mecenarum.
Agamenonis vero superstes quidam filius
ex eadem Clitemestra sibi susceptus nomine

Horestes filius Agamenonis

Horestes qui adhuc annos nondum attin-
gerat pubertatis. Hunc Rex Talcabus

Talcabus Rex.

consanguineus eius timens ne Egistus ipsum
furtiue perimeret clam ipsum eripuit et

Ydumeneus Rex Crete.

ad Ydumeneum Regem Crete consanguineum
eius sibi transmisit eundem quamuis esset hora
satis remota propinquitate coniunctus. Hunc

Filia Agam.

autem Ydumeneus Rex et eius uxor Regina
Tarasis gratanter animo filiam nomine Clime-
nam futuram heredem ipsorum in regno quod nondum
effecta fuerat matura annos puerilles

agebat. Idem ille Oeacus Nauli eius filius ad

Egea uxor Diomedis

Egeam Diomedis uxorem se contulit et eodem
modo quo induxit autem Clitemestre ad eden-
dum de viro suo ducere secum vnam ex filiabus
Priami eodem modo induxit Egeam. Hec Egea fuit
filia Polinicis Regis Argiuorum quo mortuo
superfuit Egea predicta et quidam filius vocatus
Assandrus qui post mortem Pollinicis patris

Egea et Assandrus fuerunt filij Regis Polinicis Argiuorum

Egea et Assandrus diuiserunt regnum inter se
ciuitatis Argiuorum cuius Regni vna medietas
peruenit Egee et alia medietas Assandro fratri
suo. Egea vero cum medietate sua Regni predicti
duxit in virum Diomedem. Eundem vero dum fre-
sius Assandrus in grecorum exercitu se conferret
contra Troianos cum predicto Diomede sororio
suo. Cum qui applicuerant ad grecorum exercitum apud
Boeciam peruenerunt ibi manere recreandi causa
per dies aliquos disponerent. Sed Rex Thele-
phus illius prouincie dominus egre ferens moram
illorum in multitudine suorum militum armatorum
irruit in eosdem. Cum vero cum eis haberent se necesse
defendere. Assandrus multos ex militibus
Regis Thelephi interfecit. quem dum Rex
Thelephus tollerare non valens in tot suorum
excidium accepta quadam lancea in qua
erat ferrum valde scribile(?) Assandrum cum

Interfectio Assandri a Rege Thelepho

ea letali vulnerauit et mortuum ab equo
deiecit. Diomedes vero agnita morte Assandri.

cognati sui finibus se ingerit inter Troie
Regis Thelephi milites exercitus interfuit / et
demum corpus Assandri / a pedibus equorum
molentium abstraxit / quod multis lacrimis inter
suos illud adduxit et sic fuit ventura de morte
Assandri fratris Egee. Sed non sic fuit Egee
suasum / immo pretio sibi absitum extitit quod
Assandrus interfectus extitit studio Dyo
medis / et eo mortuo / medietas Regni ei
deberet Egee et uxori. propter quam ipse fieret integre
dominus Argivorum. Egea vero cum non minus se diligeret
Assandrum fratrem suum / quem maluisset sui
Regni medietate carere quod suo fratre privari.
Egeam concepit autem contra Dyomedem maritum
suum / propter quod tam ob dampnum eius quod ob Oeta
uba filii Regis Nauli procurante / cum Argivis
omnibus suis / quod nullo modo reciperent Dyomedem.
Cum quidem Egea extunc indixit exilium Neca
linis ipsum amplius in suo regno manere. Et
dnis Dyomedes cohactus est exulare
qui quo declinet ignoret. Demum fortuna duc
tante Salemina accessit. Ubi tunc Rex Theu
cer frater quondam Thelamonii illius provincie
dominus residebat. Sed audito iam dudum
quod in mortem Thelamonii fratris sui Dyomedes
conspiravit / cum Ulixe ipsum capi mandavit.
Sed Dyomedes tunc in furtiva fuga lapsus
evasit / a manibus Regis Theucri. Rex autem

Indicatur exilium Dyomedi per uxorem suam.

Demofon et Rex Athamas pervenientes
in eorum Regna sibi modo a Regnis eorum fuit
exulare cohacti qui Corthemum venerunt /
ubi dux Nestor placenter recepit eosdem.
Hii duo Reges proposuerunt ibi in eorum re
gna se armata manu conferre / et eorum regni
colas in potenti brachio debellare ac omnis
interfectionis fortuna fraudare et illos spaliter cru
delissime morti dare qui tractatus ipsius
fuerunt actores. Rex Nestor eorum consilia
non commendat. immo persuadet illis / ut eorum
nuncios / ad eorum regna transmittant in blan
diciis et multarum promissionibus sibi tractatus. Unde
factum est / quod non post multos dies eorum re
gnicole cum clamoribus autem assumentes predictos
eorum reges / in eorum regna gratis animis re
ceperunt. Eneas vero / qui remanserat apud Tro
iam / ut refecta fierent naves suas / diu
fuit ibidem / multos conflictus passus est
bellicosos / ab adiacentium locorum incolis
quod Troianorum reliquias penitus exponere nitebantur.
Consulit igitur eis Eneas / quod cum ipse ad eorum
deffensionem diu cum eis esse non possit ut
mittatur pro Dyomede viro tam strenuo /
et cum exilium pateretur adhuc / ex eo quod recipi
non potuit inter suos / ad regimen et subsidium
libenter eorum accedet / consulerunt itaque Tro
iani pro Dyomede qui auxilio undecumque

Isti duo reges fuerunt a suis regnicolis exulati.

Septem diebus fuit continue pugnatum.

quo potitur conquisito cum multa celeritate
se contulit apud troiam. qui cum invenisset grecos
troianos obsessos et ad huc eneam ibidem
morantem se gavisi sunt valde. Ambo ad bellum
se parant et ordinatis aptis troianis
ad bellum in armata manu dyomedes egre
ditur cum eisdem. Diebus igitur septem continuis
est pugnatum inter quos dyomedes multa
commisit et de sue strenuitatis persone multos
interfecit et eciam de insignis troianorum multos
cepit ex eis et quoscumque potuit capi contin

Contra fures

geret faciebat statim furca suspendi.
tamquam fures pessimos et predones. Octavo

Incipiat octavum bellum.

vero die in multa bellandi astucia sic unum
latenter invitat contra eos quod ipsos undique circum
cinxit sic quod manus eius effugere non valerent.
Quos omnis furca suspendi mandavit.
et eos more furum patibulis divisis affli
xit. Reliqui autem mariam de adiacentibus
villis et castris audito de insultibus in
troianos sic amaram morte conspiciunt et
tenti minime cessaverunt omnino vexare tro
ianos unde quies est maria parata
troyanis. Sed quies in eorum tribulacio
nibus dici potest. Eneas vero interim suis refec
tis navibus cum multis reliquiis troianorum
et patre eius anchise naves ipsas ascendit
profecturus in exilium sibi a grecis indictum

propter quod cum navibus ipsis alto pelago se commisit.
et cum prorsus ignoraret quo sibi sedem futuram sta
tueret ubi suos possit locare penates multis
maris exageratur periculis in multis locis adhesit.
Sed voluntate deorum cum suis navibus portum
intravit et tamdiu per peregrina maria navigavit
quod pervenit ytaliam et in ytaliam se recepit. de
processibus autem enee periculis quales sibi
successit post recessum eius a troia et quali
sibi contingerit quamdiu peregrinari desiit ex quo
venit in ytaliam presens ystoria non describit.
Sed qui eorum ultimam habere voluit noticiam legat
virgilium in eneidis. Egea vero uxor dyo
medis propter hoc adei noticiam pervenit dyo
medem receptum a troianis et hostes suos
sic viriliter debellasse timuit ne dyome
des forte viribus conquisitis in eam irrueret et
in suos et eam offenderet tamquam lesus ab eis
Unde habito consilio cum argivis statuit
per dyomede mittere ut ad regnum suum secure
debeat remeare. Quo habito nuncio suo uxo
ris gavisus est valde et festinus ad propria

Revertitur dyomedes de exilio vocatus per egeam uxorem

remeavit. ubi ab egea uxore sua et
omnibus argivis sinceris animis cum maximo
gaudio fuit receptus. Ceteri vero grecorum
reges eorum redeuntes a troia receptione recu
saverunt per illa duci huiusmodi querunt
eos et eos regnorum suorum restituunt digni

tan. Qui postquam ad regna peruenerunt, eorum urbes, que loca collapsa in eorum absencia sollicitamente reformant, et in meliorem statum restaurare parant.

liber xxxiij de Horeste vindicante necem patris morte matris et recuperacione Regni sui.

Horestes igitur Agamenonis filius, quem Rex ydomeneus susceperat nutriendum ob timorem Egisti, iam adolescens et viginti quatuor annorum erat, maior effectus, cum Rex ydomeneus ipsum honore milicie decorauit in sua ciuitate festiua. quo facto milite, ydomeneum regem deuote rogauit horestes, ut cum tempus ei, et tempus appeteret circa Regni sui recuperacionem et vlcionem necis intendere patris sui, de militibus regni sui sibi deberet subsidium exhibere. qui libenter annuens sibi mille milites valde strenuos assignauit. Ubi militum suorum requisiuit et expectauit auxilium. sic quod breui tempore alios mille milites sibi conduxit, et cum duobus millibus militum Ciuitatem Troceni animosus intrauit. Erat autem huius Ciuitatis dominus Rex forensis sic suo nomine nuncupatus, qui dudum fuerat intimus Agamenonis, et multum odiosus Egisto. causa uero odij ipsius fuit quia Rex forensis contra Egisti capitales inimicicias confouebat propter quod, fuit illa, nam cum idem Rex forensis dequadam filia sua, cum eodem Egisto matrimonium contraxisset, dictus Egistus ob amorem Clitemestre, et filia regis dimiserat libello repudij sibi misso, propter quod grauem iniuriose obtulit, cum igitur Horestes cum sua comitiua contra Egistum ipsum admitteret qui in finibus horesti, et destruccionem Egisti venire cum trecentis militibus intendebat. de quo horestes satis regraciatur est illi. Tempus erat quo iam sol taurum signum intrauerat tunc cum prata virent. venantur flores in arboribus redolentes, virent rosse in viridibus nubus earum, et dulcibus cantibus philomene dulci modulamine circumcantant. tunc cum exercitus missis ille oradius qui eorum ductor est omnium et blandus aluprius ipsorum. Tunc horestes cum Rege forensi cum eorum exercitu accinctus a Troceni ambo feliciter discedentes, Oreenas accelerant et cum eos nollet recipere meceenates horestis exercitus Ciuitatem ipsam dum obsidione conclusit. Receperat enim horestes responsum a dijs ut contra Egistum secure procederet nam sibi contra eum est concessa victoria et acceptum est dijs quod de matre sua perciderem sumus assumat matribus vlcionem. quippe enim Clitemestra in Ciuitate ipsa erat inclusa. Egistus tamen tunc non erat in ea. fuerat